



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensio Apologiæ De Adoratione Et Eivs Speciebvs**

**Lorichius, Jodocus**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 L 2530**

Propositio I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30277**

# RESPONSIO AD EPISTOLAM DEDICATORIAM HYPERASPISTÆ.

## Propositio I.

V M videant aduersarij, nul-  
lū se posse, ex his ; quos Deus A&or. 20.  
Episcopos dedit, & Ecclesiæ Ephes. 4.  
suæ Rectores, suis hæresibus Hebr. 13.  
Patronum conciliare: Confugiunt ad ho-  
mines Politicos, & eos quidem (malùm)  
quos in Catholicorum Principum Consi-  
liariis præcipuis haberi constat. Idem pri-  
sci quoque Hæretici semper attentârunt.  
Diuus Augustinus contra Julianum Pelag. Chrysost.  
lib. 2. ad finem: & lib. 3. ca. 17. D. Hilarius  
contra Arias  
nos.  
hom. 46. in  
Matth.

2. Inter prodigiosas deinde Calumnias,  
quas in Epistolam eā Aduersarius cumu-  
latè congesit, vt odium nobis apud alios  
conciliaret (ignarus verò, quām id me pa-  
rūm afficiat.) primò mecum exposulat:  
Cur nihil in Apologia de SS. Inuocatione  
edocuerim? Sed meminisse debuit, eius  
non fuisse instituti de SS. respondere In-  
uocatione, & meritis ; quod aliquando

s A pecu-

## DEFENSIO APOLOGIÆ

peculiari labore præstabitur; Sed de adoratione, eiusque obiectis. Interea tamen, si volent, legant de eadē Inuocatione, Ioannis Garetij Catalogum testimoniorum; cū ex Scriptura sacra, tūm ex omnium ætatum Scriptoribus fide, laudéque dignissimis, ordinatissimè contextum. Præterea Ioannis à Via defensionem Iugis Sacrificij, cōtra aspergines Iacobi Smidelini: & alios quamplurimos; quibus deinde, si lubet, respondeant. Cætera in sequentibus.

De prima-  
tu. Roma.  
Pontificis.

3. Adhæc cauillatur Aduersarius: Romanenses elegisse Ecclesiæ suæ caput Romanum Pontificem: idque diui Gregorij auctoritate confirmare, pariterq; illudere, & calumniari non erubuit: ac si credere nos oporteat, deceatque; ipsum, & suos scien- tiā, iudicioque præpollere D. Gregorio, cæterisque S. Conciliis, & Patribus; qui iam inde ab Apostolorum temporibus, Rom. Episcopo, & Ecclesiæ dignitatis, gubernationisq; primatum reuerenter detulerunt. Consule Catalogos recentiorum: præsertim Ioannis de Turre Cremata in Summa sua de Ecclesia.

4. Deinde ostendere debuit iste; D. de-  
mum Gregorij temporibus electionem  
hanc

DE ADORAT. DE EIVS SPECIEB.

hanc esse factā: at non fuit ausus tām aper-  
tē nugari.

5. Adde, quia nec Ecclesia Pontificem  
primō elegit; neque potestatem ei tradi-  
dit: sed ipse Christus in Petro, omnibus suis Matth. 16.  
successoribus legitimis; vniuersam docen-  
di, gubernandi que potestatem commisit.  
Iordan. 21.  
Ouis enim qui Christi cupitesse; siue Im-  
perator sit, siue Rex, aut Princeps, Domi-  
nus, aut seruus; à Petro, & successoribus  
eius pasci, atque à luporum incursione de-  
fendi omnino desideret, aliōqui peribit.

6. Aliquando tamen explicatiūs trade-  
mus: nihil derogari gloriæ Capitis Christi  
in Ecclesia, si Vicarię gubernationis caput  
constitutum credamus, confiteamurque:  
quemadmodūm & ipse vnicus Magister  
noster est, & Dominus, & Ecclesiæ Rector;  
dedit tamen alios, & Doctores, & Pastores,  
& Rectores Ecclesiæ suæ. Sed hæc ad erro-  
res Epistolæ peculiares satis: cætera ordi-  
ne deinceps videbim⁹. Calumnias nil mo-  
tor; malens ab istis vituperari ac deiici,  
quām extolli, & laudari.

*Confutatio Hyperaspistæ.*

7. Principiò confitetur aduersarius; in  
dedi-